Inscribatur et intabuletur
Decretum in Cons. C. R. Fori Nobilium
Leopoli d. 2a Xbris 799
Joannes Habermann Nob. de Habersfeld

IN NOMINE DOMINI AMEN

Quia Nulla unquam Subditorum · Nisi fauore Naturalium dominorum stetit Commu-
nitas Nam quantomagis dominorum in suos fauor funditur Subditos · tantomagis Ipsi in Rebus et Personis crescunt · augentur et multiplicantur · Verum ad temporum alteracionem dominorum alterantur et fauores com
protanto alta Regum Principum et dominorum Solercia · Prerogatiuas Siquas in suos faciunt Subditos · litterarum apicibus Testium que fidedignorum Annotacione decreuit perhennare · Proinde Nos Raphael de
Jaroslaw · heres in Przeworsko · Succamerarius Premislien et Capitaneus Terre Russie Generalis Notumfacimus presencium tenore quibus expedit vniuersis · presentibus et futuris · presentium Noticiam habituris
Quomodo considerantes Nostrorum Subditorum Ciuium in Przeworsko incertitudinem et omnimodam Ambiguitatem in Exactione Annuali · Contribucionibus · Consuetudinibus et quibuscius prerogatiuis ipsis a Nostris predecessoribus
diu et in hactenus tentis et obseruatis · quam tunc occasione Defectus Munimentorum et Priuilegij · super premissa habere dinoscebantur · huius que pretextu Ipsi Ciues Nostri verebantur se expost per Nos aut Nostros
grauare posse in premissis Successores · et ob idipsum in eorum laboribus Segniores effecti a negociacionibus Bonorum que suorum augmentacionibus supersedebant · Sed et Reipublice minirabilius intenderunt · quod ipsi Ciuitati Nostre
finalem portendere videbatur annullacionem · quorum ambiguitati tempestiue succurrere cupientes · ipsos quoque Ciues certitudiores efficere volentes · Ipsam que Ciuitatem Nostram Przeworsko in meliorem vertere satagentes condicionem
Priuilegium Ipsi Ciuitati Nostre Przeworsko Nomine et Sigillo Magnifici Johannis alias Jasskonis de Tharnow Palatini Sandomirien Proaui Nostri Dilecti · Primi eiusdem Ciuitatis nostre fundatoris
Scriptum et obsignatum · Datum concessum et perpetuatum firmum illesum et inconcussum ac omnimode validum in omnibus suis clausulis particulis et punctis ratificantes et approbantes · perpetuum robur et firmitatem habere
presentibus decernimus · Ex Nostra insuper Singulari largitate · vniuersas et Singulas Communitatis Res vt pretorium · Stratas · Semitas · vias · viam Petalem diu versus Kozborz tendentem · omnes Staciones Currium
et Equorum Siue Boum pabulaciones alias Treptuchowe · extra domos Ciuium Nundinarum tempore constitutas · Pondera siue libras omnium ponderabilium · Metretas siue Mensuras mensurabilium omnium · Penestitas
Inusforense alias Targowe de omnibus et Singulis Mercatoribus solummodo et piscatoribus qui Nostri non sunt Censite diebus tantummodo forensibus per quatuor obulos · Ac Siluam dictam Alnetum alias Olszinia
que est supra Aggerem Molendinarem in piscina Nostra · molendini Nostri Superioris ac infra et iuxta Aggerem eundem vsque ad pratum Nostrum in Suburbio Nostro Mokrastrona dicto a fluuio Mleczka vsque ad
angulum Siue finem latitudinis eiusdem prati Nostri · post ortos Ciuiles vsque ad aluceum fluuioli decurrentis post eandem Siluam siue Alnetum · post et iuxta Sepes inferiorum ortorum Ciuilium iuxta pontem et Stratam
versus Lanczutam iacentium · pro extirpandis · extolendis et dilatandis pratis et pascuis Communitati Ciuitatis Nostre prescripte ab omnibus Nostris Censibus penitus liberis et exemptis · Prata eciam tria — Census
diu Blonia nuncupata Primum Superius videlicet inter ortos Ciuiles versus prescriptam Siluam in quo et antea ipsa Ciuitas Nostra Commune et [illegible] habet pratum quod eciam prius a censu Nostro — sylva
perpetuo liberum et exemptum facimus · Aliud pratum ex opposito predij hospitalis · Per quod itur in Molendinum dictum Blonsky mlyn · Tercium pratum inter hocipsum Molendinum et ortos Ciuiles post pontem — Kalendario
In Lanczuth transeundo · in quo latrificium Ciuile extat edificatum · ab omni Censu Nostro Similiter libera perpetuo et exempta · Vecturas quoque Brasseorum in quecumque Molendina Nostra et de Molendinis
cum omnium et Singulorum premissorum · fructibus · vtilitatibus et prouentibus omnibus et singulis Sepedicte Ciuitati Nostre Przeworsko donauimus · Dedimus · Incorporauimus · appropriauimus et largiti sumus
Presentibus que omnia et Singula premissa · Donamus · Damus incorporamus perpetuo appropriamus et largimur · Sic vt nulla persona priuata cuiuscumque Status Siue Ciuilis Siue extera · de premissis rebus
et Singulis Pretorio videlicet · Stratis · Semitis · vijs · Petuali via · Stacionibus extra domos Nundinarum tempore · libris · Mensuris · Penestitis inusforensi Mercatorum et piscatorum Alneto siue prescripta
Silua · in suis prescriptis finibus et Granicijs · pratis et tribus Blonie prescriptis ac Molendinorum vecturis Sese quomodolibet intromittere presumat · quin Sola Ciuitas Nostra Przeworsko · omnibus et Singulis
premissis Sibi sic datis · donatis · incorporatis et appropriatis · perpetuo vtifruatur et ipsa in vsus communes conuertat · Albatorium insuper denouo et recenter · de Nostra Speciali voluntate edificatum et
erectum infra Molendinum Nostrum Superius · iuxta fluuium Mleczka Sepedicte Ciuitati Nostre Przeworsko Damus largimur et perpetuo appropriamus · tali condicione adiecta specialiter et expressa · Vt
Consules Ciuitatis Nostre prescripte pro tempore existentes ipsum Albatorium regant · disponant et dirigant Magistrum que Albatorem · quotienscumque necessitas exegerit perpetuis instituat temporibus Censum
vero quantumcumque de eodem Albatorio · Annis Singulis ipsi Consules tulerint et perceperint, extunc medietatem eiusdem Census sub ipsorum Iuramentis Nobis Nostris que posteris Annis vt premittitur
Singulis · perpetuis vero temporibus · pro festis Sancti Martini dent Soluant et reponant · Reliquam vero medietatem dicti Census Similiter Annis Singulis et perpetuis temporibus pro Communitate Nostre
Ciuitatis Przeworsko tollentes et percipientes conuertant · et ob idipsum Nosmet et Successores Nostri · ad omnia et Singula dicti Albatorij edificia maiora vt ad domos et ad Sepes ipsi Ciuitati Nostre
vecturis Roborum et aliorum Necessariorum auxiliari perpetuo debemus · Volumus insuper habere vt Molendinator Molendini Nostri Superioris · pro tempore existens Mortarium alias folusch Siue intra Albatorium
Siue extra · in Aggere videlicet Molendinari alias Napogrodkach dicti Molendini · vel vbicumque Nobis et Ciuitati Nostre competencius esse videbitur · Meatum quoque Siue Aque decursum pro rigandis eiusdem
Albatorij Aggerulis ad madefactionem Tele dealbande · annis perpetuis totiens quotiescumque necessarium fuerit · impensis Ciuitatis laboret instauret et reparet · et propter hocipsum Nosmet cum Nostra
posteritate ac Ciuitas Nostra · eidem Molendinatori · Annis Singulis · perpetuis vero temporibus de communi Albatorij Censu · duas Marcas pecunie pro festis Sancti Martini Soluere tenebimur · Sepedictam
Insuper Ciuitatem Nostram Przeworsko et eius totam Communitatem · vna certa pecuniarum Summa · racione Exactionis Nostre Annualis Nobis Annis Singulis perpetuis vero temporibus prouenientis presentibus
certiorem facimus · perpetuo que assecuramus Sic vt ipsa Ciuitas Nostra Przeworsko · in Statu et integritate suis · Salua et inconrupta stans · Triginta Marcas pecunie communis Numeri consueti in quamlibet
Marcam quadraginta octo grossos computando et Monete Similiter consuete communiter in Regno currentis Nobis et Nostris posteris · Annis Singulis · perpetuis vero temporibus · de tota Sui communitate racione Exactionis annualis
premisse dare et respondere ad festa Sancti Johannis Baptiste tenebitur · Exactio vero Maior quotienscumque per laudum commune fuerit laudata et instituta volumus vt ipsa Ciuitas nostra eandem Nobis et Nostris
posteris eque cum alijs Terre premislien exactionauerit Ciuitatibus · Item Summodo et quotienscumque Expeditio Generalis acciderit · ita vt tota Terra premislien ad eandem mouetur transiret et proficisceretur
extunc Ciuitas Nostra Przeworsko de tota Sui communitate Nobis Nostris que posteris Expedicionales Belli · diu solitas Currum videlicet vnum panno supertectum · Victualibus hijs Scilicet Sex pernis siue
lardis Carnium · farina bene mundata de Sex Mensuris siue truncis Siliginis · piscibus Siccis pro media altera Marcas · Tribus quartalibus pisi · Media mensura Milij · vasculo Butiri · Sex Sexagenis Caseorum
panibus pro tribus fertonibus · oneratum et impositum · Sex Equos veredarios · duos aurigas et vnum peditem in expensis tamen Nostris dare atque expedire temporibus perpetuis teneatur et sit astricta · hoc tamen
specialiter adiecto et expresso · Vt Si per commune laudum aliter pro defensa Reipublice fuerit Super Ciuitates communiter laudatum et institutum extunc iuxta hocipsum Commune laudum et ipsa Ciuitas Nostra eque
cum Ciuitatibus alijs expedire tenebitur · Obuenciones insuper Siue Contribuciones annuales Solitas et consuetas · videlicet duodecim Mensuras Auene et vnum octuale Ceruisie · pro festis Natiuitatis Domini · et
[illegible]uem Saginatum pro festis pasce volumus vt Sepedicta Ciuitas Nostra · Annis Singulis · perpetuis vero temporibus Nobis Nostris que Successoribus · de tota Sui communitate · preter Artificium Speciales Contribuciones
[illegible]re et contribuere · teneatur et sit astricta · Item quatuor Vecturas annuales Similiter diu solitas · quas ipsa Ciuitas Nostra Annis Singulis Nostris predecessoribus et Nobis necessitate exigente · duobus · tribus
[illegible] quatuor Equis veredarijs · ad longam Siue breuem viam dare et expedire solebat · Volumus vt dicta Ciuitas Nostra temporibus perpetuis · Annis Singulis Nobis et Nostris posteris · Nostris in expensis det et expediat
[illegible]tate vt premittitur exigente · alias Necessitate cessante · dicte quatuor vecture de vno anno in alios Sequentes Annos non debeant retineri Siue cumulari · in grauamen Ciuitatis · Que omnia et Singula premissa
[illegible]nem · Medietatem Census Albatorij · Expedicionales Belli · Obuenciones Siue Contribuciones · Quatuor Vecturas premissas et generaliter omnia et Singula Nomine totius Communitatis danda · contribuenda et
[illegible]enda · quibuscumque nuncuparentur Nominibus temporis tractu pluralitatis domus heredibus Sepedicte Ciuitatis Nostre Przeworsko Nostris Successoribus pluribus tanquam vni et vni tanquam pluribus Ipsa Ciuitas
[illegible]eworsko det · Soluat et contribuat · [illegible] autem omnia et Singula premissa · perpetuum Robur habeant firmitatis presentes litteras Nostri Sigilli appensione iussimus communiri · Actum et Datum
[illegible]zina feria Secunda In Crastino Sancti Ambrosij Anno domini millesimoquadringentesimoseptuagesimotercio · Presentibus Nobilibus dominis Nicolao Holuchowsky herede in Grzmaczicza · [illegible]
[illegible] Kondkonis de Wyzbna Sculteto · Stanislao Schunsky · Thoma Sczeczkowsky Sculteto in Brodzyszko · procuratore nostro in Horliczina · Johanne Misklowsky Curie Nostre Notario · Sobeslao
[illegible] Sporow · Marcissio Broszina in Trmcza · Niclassio in Studzinona Sculteto · discretis Mathia Curie Nostre presbitero et alijs plurimis fidedignis

pr. S. in Tabulis 6. Augusti 1799

No 18646

Praesens Privilegium apud Deco Regn. Galiciensis Provinciales Tabulas Libro nr Oblig. 108 pag 145 pro grosi atq Haer. 76 pag: 138 n. 97 ex: super bonis Crewowski Intabulatum est Actum Leopoli 22 Januar 1800 Anno

Cas. Tzellewicz

C. R. Tabulae

Nro 1116 33 Cra 2 Kras 57 tr

Sese przywileium wzięło do wayszego nasienia królewskyk A 1683 jt siodmy pansky

Na Wleon, Mlyn, Golniczek

Docum. ex Anno 1473.

No 12do

I

Oblig. Nro 108 pag 145

ad 2112